



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 33. Familiaritas pia & sancta cum Illustrissimo D. Nuncio Apostolico  
Fabio Chisio Episcopo Neritonensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

## C A P V T XXXIII.

*Familiaritas pia & sancta cum Illustrissimo  
Domino Nuncio Apostolico Fabio Chisio  
Episcopo Neritonensi.*

*Occasio  
familia-  
ritatis.*

**S**Erò nimis coaluit ista necessitudo, summaq; animorum coniunctio illustrissimi Fabij Chisij cum Iacobo, nec nisi postremo vitæ anno, quæ consuetudine sic aucta fuit, ut nihil esset ista familiaritate coniunctius. Inciderat eruditissimus Præsul in Paradisum animæ Christianæ, quo per quinquennium vsus assidue spiritus & pietas Libelli, Scriptoris amorem mouit, eiusq; cognoscendi desiderium. Nescio qua verecundia, latendi cupidior, quam inclarescendi, vix amicorum hortatu Iacobus adduci potuerit, vt tanti nominis Præsulem conueniret. Primus statim congressus amicitiam pererit, quam morum, spiritusq; similitudo sic auxit, vt unus amborum idemq; videretur animus, vna voluntas. Crebra exinde librorum & officiorum communicatio, frequentiora colloquia de pijs & eruditis rebus, quibus ita proficere se Iacobus sentiebat, vt etiam venerit in delibera-

*Vtilitas.*

berationem , an non fouendo spiritui  
suo & virtuti confirmandæ congruum  
esset , Præsulem in Italiam sequi , & ab  
obsequijs esse : plurimum enim existi-  
mabat conuictum assiduum , & collo-  
quia tam sancta genio suo apta & conue-  
nientia collatura ad virtutis stabilitatem  
& incrementum.

Vix Sanctissimi D. N. Urbani man-  
dato Illustrissimus Nuncius Coloniâ di-  
gressus Monasterium Westphaliæ disces-  
serat pacis sanciendæ gratiâ , cùm dete-  
riùs habere cœpit Iacobus , & acutissi-  
mo pleuritidis dolore lacinari ; maxi-  
mo morbi leuamento fuerunt Illustrissi-  
mi Nuncij litteræ , quibus & suum ad-  
uentum ad locum tractandæ pacis expli-  
cabat , & pro suo Crucis Christi imi-  
tandæ desiderio dolenter querebatur ,  
se dignum non esse habitum , qui ali-  
quid in itinere pro Dei gloria patere-  
tur , cùm tamen non defuisse exerci-  
tæ patientiæ seges , dum esuriali & hy-  
berno tempore per altas niues , fluuios  
& paludosa lœca rhedâ difficulter cum so-  
cijs veheretur , vt aquarum exundantia  
currum & vectorum talos humectaret.

G

Hi:

Hic æger animo confundi, quod pretium morbi, Crucisq; Dominicæ præstantiam & decus sublimissimum non satis hæcenus ponderasset, ideo gaudere se deinceps monstrauit, quod dignus eo fuisse set honore à Christo iudicatus, qui Passionis Dominicæ tempore, particulam Crucis Dominicæ sustineret.

*Patientia ex literis confirmata* Postea per amici communis literas labores Illustrissimum Nuncium & salutavit, & Episcopalem petiit benedictionem. Indoluit vehementer Legatus, comperta in ualitudine, quæ diuortium factura metuebatur, tam piæ doctæque consuetudinis & familiaritatis, quam in impari gradu dignitatis spiritus idem, paribus moribus, studijs, vita & virtute animabat, ita perhumaniter salutato per R.P. Franciscum van der Veken Societas Iesu Doctorem & Professorem Theologiae D. Iacobo benedixit, non sine rubore ægri, quod tantus Præsul sui tam indigni & vilis, ut aiebat, homuncionis meminisset. Exinde litteris octiduanis Legatus Apostolicus statum ægri peruectigauit, cognitaq; morte, funebre peregit Sacrum, multumq; laborauit, ut vi-

*Amor Le  
gati in  
mortuū.*

ta literis consignaretur, & pro suo in Vi-  
rum amore, Diurnale & Decadem, quib-  
us usus, Tabellam, qua preces, quibus  
assidue per diem utebatur, manu sua in-  
scripserat, ac funiculos nodosos, quibus  
se verberare consueuerat, seruare voluit,  
tesseram amoris & sanctæ coniunctionis.

## C A P V T     XXXIV.

*Cura ægrorum & morientium, morbum &  
mortem ei accelerat.*

**M**aiorem charitatem nemo habet, quam Ioan. 15.  
ut animam suam ponat quis pro ami-  
cis suis: & hoc certum ac euidens optimi  
Pastoris argumentum, animam ponere pro  
quibus suis. In hoc cognouimus, ait S. Ioan-  
nes, Ioan. 5.  
nes, charitatem Dei, quoniam ille animam  
suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fra-  
tribus animas ponere. Itaque nihil antiquius  
habuit, ut erat Iacobus Pastor vigilans-  
simus, quam ut ægros Parœciæ cogno-  
sceret, & studijs alijsq; quibusunque re-  
bus lepositis inuiseret, admoneret officij  
Christiani, consolaretur mœstos, & Sa-  
cramentis ultimis ad supremam luctam  
præmuniret; egentibus autem pecuniario

G 2

sub-